

1526. In Octobri.

Mercurius De Sattinaria canceller.
Sigismundo Primo Regi Poloniae

16
Serenissime ac potentissime Rex et
Domine colendissime. Ea est Majesta-
tis Vestre singularis erga me volun-
tas, dumnaque benevolentia, quam in
suis litteris in dies ostendit, atque Ma-
gnificus ejus Orator Joannes Danti-
sus suis verbis retulit, ut cupiam
mibi occasionem dari, qua meam
gratitudinem attestari valeam. Hoc
velim Majestas vestra sibi persona
deat, nullum unquam me Officium
pretermissum, quo Majestatis ve-
stre, ac Serenissime Domina Re-
gine, apud Cæsaream Majestatem do-
minum meum clementissimum nego-
cia promovere possim, prout latius
Magnificus ejus Orator, qui ex si-
de summa, et mira Dextérité at-
que prudentia, quicquid tibi commissum
est exequitur, Majestati vestre refer-
re poterit. Et valeat quam felicissi-
me Majestas vestra, cui me hum-
milliter commendo. Ex Granata Octo-
bris Anno Domini Milleesimo, quin-
centesimo vigesimo sexto.

